

Viro Clarissimo

P r a e c e p t o r i

S u m m e V e n e r a b i l i

F. L. B e c h e r o,

A. A. L. L. M. Doct. Philos. Rectori Lycei meritissimo

ipso ipsius die natali, v. Martii M. MDCCLXXXIII

Pietas Lycei Chemniciensis.

I n t e r p r e t e

A u g u s t o F r i e d e r i c o K ü h n

Burgstaedtiensi.

Chemnicii,

t y p i s K r e t s c h m a r i i s.

Gy 1 X 47

Si qua dies niveis unquam signanda lapillis
nobis, et plausu si qua terenda fuit;
Illa dies certe est, qua Tu, productus in auras,
coepisti patrios exhilarare lares.
Plaudimus hinc, redit, en tempus, vitae micuere
quo cum sole simul lumina prima Tuae!
Non Tibi sollicitum Natalem reddit hic annus,
Mars repetit quamvis ferrea bella ferox:
Nam Tibi nascenti, nostri Tutela Lycei!
fatales nerunt fortia fila Deae.
Ergo agedum! *Socii*, mecum superate Heliconis
culmina, queis juvenes nectere sarta solent;
huncce diem nam fas est carminibus celebrare,
(ferreus est, quisquis carmina nulla canit.)
Favet io! votis deus, et nova gaudia surgunt
nobis, o *Socii*, vota canora date!
In Te hilares animos, Doctor, nunc vertimus ecce!
pro Te nunc ferimus vota precesque deo.
Divitias etenim nobis gaudes aperire,
quas gremio condit Graecia docta suo;
Gaudes in Romana ac nos inducere prata,
quae de Castalibus fontibus usque madent.
Auges hinc nostros animos lingua geminata
et studiis crescent nomina nostra Tuis.
Quae rara ingenii facundia, quisve diserto
Tullius ore Tibi dicere cuncta queat?

Relligio, pietas, virtus et scripta probabunt
Te, fervore, fide, pondere reque virum!
Te penes est, Doctor, sollers prudentia rerum,
dulceque facundi pectoris eloquium.
Est in Te candor, qualem decet esse virorum,
qui sunt mente bona laudeque conspicui.
Ergo Tuum in nobis nomen manet usque perenne,
nam nobis doctnm vox Tua monstrat iter.
Atque Tibi merita dantur nunc praemia laudis,
nominis ut nostri clarior extet honos.
Namque Tibi cura est, Bechere, sacrae pietatis;
pulcrius augetur Te, schola nostra, Duce!
Semper enim nobis recti es moderator et aequi,
quae stant, dum tellus astraque celsa manent.
Laus sua virtuti nunquam detracta videtur,
munera nec deerunt, dum regit astra deus;
Adnet hic, Bechere, Tibi, quodcunque rogabis;
coeptis hic tribuet prospera cuncta Tuis;
Annos hic Tibi det; de Te nam cetera habebis;
virtuti modo sint tempora amica Tuae!
Dulce decus nostrum, nōstrae tutela Camoenae,
taliam vota canit nunc Tibi amica cohors:
„Exhauri ignaris sit par Tibi fontibus aetas,
currat inoffenso vita beata pede!
„Floreat usque simul Conjux, Tibi amore fidelis,
floreat, ut florum gratia verna solet,
„Cumque illa crescat proles, et talia crescens
afferat, ut patrio cingat honore caput.
„At tu, Natalis, nostrae celebrande per annos
vitae, splendidior splendidiorque redi!“

Nomina civium Lycei Chemniciensis.

I. et II. ordinis.


I. O r d o.

- 1) G. F. Hornburg, Chemniciensis.
- 2) G. F. Range, Chemniciensis.
- 3) J. D. Eydam, Göppersdorfensis.
- 4) S. F. Strauch, Mittelbacensis.
- 5) J. T. Fischer, Freybergensis.
- 6) C. L. Stock, Chemniciensis.
- 7) J. G. Löbel, Hartmannsdorfensis.
- 8) H. Becher, Laubanensis.
- 9) J. G. Gerstenberger, Rotloffensis.
- 10) G. F. Boosdorf, Chemniciensis.
- 11) J. F. Schiefer, Ebersdorfensis.
- 12) C. F. D. Graube, Ehrenfriedersdorf.
- 13) C. A. Teistler, Freybergensis.
- 14) F. W. Richter, Weisbacensis.
- 15) C. D. Richter, Cottbussensis.
- 16) C. W. Mehner, Freybergensis.
- 17) C. F. Thorbeck, Annabergensis.
- 18) C. W. Werner, Chemniciensis.
- 19) F. Hartmann, Delitiensis.
- 20) J. W. Gräntz, Waldenburgensis.
- 21) C. G. Uhlig, Chemniciensis.
- 22) C. F. Ehwald, Chemniciensis.
- 23) A. F. Röhr, Chemniciensis.
- 24) J. G. Huth, Göppersdorfensis.
- 25) F. W. Stölzel, Lößnitzensis.
- 26) F. T. Seidel, Reichenhainensis.
- 27) F. G. Metzner, Chemniciensis.
- 28) H. A. Bemann, Wittenbergensis.
- 29) T. L. Bemann, Wittenbergensis.
- 30) C. G. Hartlich, Cursdorfensis.
- 31) G. F. Lindemuth, Hohenkirchensis.
- 32) F. A. Franke, Mittelbacensis.
- 33) J. C. Lenpold, Kirchbergensis.

II. O r d o.

- 1) C. H. F. Hofmann, Rochliciensis.
- 2) G. F. Trepte, Chemniciensis.
- 3) C. T. Brunner, Brünlosiensis.
- 4) C. A. Uhlig, Rathendorfensis.
- 5) C. C. Schmidt, Glösisensis.
- 6) C. G. Fischer, Chemniciensis.
- 7) J. Franciscus, St. Mar. Helvet.
- 8) C. F. Thorbeck, Annabergensis.
- 9) H. L. Böttger, Grünhainensis.
- 10) F. Hellge, Annabergensis.
- 11) C. F. Fehre, Ehrenfriedersdorfensis.
- 12) C. A. Schink, Chemniciensis.
- 13) F. W. E. Neumann, Röhrsdorfensis.
- 14) F. A. Geiler, Chemniciensis.
- 15) C. G. Zimmermann, Wiesensis.
- 16) C. G. Görner, Burkhardtendorfensis.
- 17) C. F. Albani, Chemniciensis.
- 18) F. C. Steinbach, Hartmannsdorfensis.
- 19) F. C. Hermsdorf, Hartmannsdorfensis.
- 20) C. G. Lohmann, Ottendorfensis.
- 21) F. A. Wilde, Eubenstokensis.
- 22) C. Kühnert, Hartmannsdorfensis.
- 23) J. T. Heinig, Göppersdorfensis.

Stadtbibliothek Chemnitz



A 1450167